I Min: prob: Primum, quod in cohæsione observa-tur, est resistentia illa, quæ, partium se-paratione plus, vel minus procurata, eam cohæ-rentia obsistit, vel obnititur; illud autem ex collocatione punctorum materiæ indivisi finitibus commode explicatur, et intelligenter exponi-tur. Min: prob: collocetur punctum aliquod seu particula materiæ in limite cohæsionis b l distantiæ b illudque a puncto A directione b l distrahatur, resistet illud cui gradum ordinate ex axe demis-sæ correspondente, nec: nempe avelli poterit, nisi vi ipsæ l m correspondente. Quod si puncta in iis li-mitibus cohæsionis posita sint, in quibus curva oc-currat axi ad perpendiculum, atque b m o c

sit satis amplus, eae validissime cohaerebunt. Si autem in iis cohaesionis limitibus consistant, in quibus curva eidem axi admodum oblique occurrat, et arcus b m o c exiguus sit, et ad lineam rectam plurimum accedens, debiliter cohaerebunt. Eadem ratio citata locum habet, si puncta vel ex his cohaerentia massulae extra ejusmodi limites in iis distantiis sint collocatae, in quibus vires generales actiones mutuas mutuo impediunt, ut consideranti fig. 78 exbinis arcis compositam habet in limite cohaesionis o.

II Alterum cohaerentiae Phenomenum est cum cohaesionis in corporibus eorum densitati minime respondere. Sed ejus etiam ratio in promptu est. Nihilo enim limitum haud pertinet ab eorundem a puncto A, seu ab origine abscissarum, distantia, et punctorum numero dependet, sed ex variis eorum dispositione, et virium compositione, ut nata in Bibliotheca, in qua tanta voluminum, idiomatum varietas ex sola 24 litterarum varia dispositione et combinatione ortum. Sed de hac plura inferius.

III Tertium cohaesionis Phenomenum est, cur aliqua nec recurvitatem habent aliquam, et quaedam solidi partem aptissime ita cohaerere, ut motu

perpendiculari aeque distrahantur, tametsi non magno labore superentur, si altera superficies per alteram excurrere cogatur, motu ipsis superficiebus parallelo. Experimur id in speculis vitreis planis, politis, mundis, et siccis. item in metallis, semimetallis, lapidibus duris, si corpora haec probe sint expolita. Sed hoc praeter cohesionis phaenomenum, facilem habet explicationem. Dum enim corpora plana, laevigatis superficiebus ad se invicem apprimuntur, atque intereuntur, plures simul moleculae ad limites cohesionis perveniunt, quod in corporibus, quorum aspera est superficies, ob prominentium particularum resistentiam fieri nequit. Quod vero corpora ejusmodi directione perpendiculari difficilius, parallella non admodum difficulter separentur inde est, quod in directione perpendiculari omnium simul cohaerentium particularum resistentia sit vincenda, contra in directione parallela earum tantummodo minima ratione separanda, quam exhorrent moleculae in ... Concipe enim planum abcd fig. 85 supra planum ABCD directione para-

1.0 lella excurrere, illæ particulæ, quæ a margine ali-
quanto magis distant, eandem fere utrinque resis-
tentiam experiuntur a particulis ad latera posi-
tis, a quibus pene æqualiter distant. Quamobrem
inter laminarum distractionem earum duntaxat lami-
num resistentia vincenda est, quas exhibent mo-
leculæ in margine positæ

IV Quod si inter ejusmodi lævigata cor-
pora, fluidum quodvis corpus interponatur, illud
quidem explendo cavitates, et tubulos, quæ in
lævigatissimorum quorumvis corporum super-
ficie microscopii saltem deprehenduntur, effi-
ciet, ut plures moleculæ ad cohæsionem fruiter
possint pervenire, atque adeo vis cohæsionis augea-
tur; quod quidem Phænomenum obvium est præ-
cipue apud Muschenbroeckium.

V Novum cohæsionis Phænomenum in eo sce-
pendit, quod corpora diversa, eadem inter ipsa
posito fluido, aut eadem corpora interjectis
diversis fluidis, varium sortiantur cohæsionis
gradum, nos pluribus experimentis docuit, au-
ctor Muschenbroeckius, confectis ex variis corpo-
rum generibus, ipsius quibusdam, quorum
plura referre licet, erat unius potius Renani,

et undecim linearum. Sed istud quoque ex nostra sententia commode deducitur. Ita enim unum sex ex particulis 1. 2. sibi cum particulis maximis conjunctis, alia inter easdem et augenti particulas oriuntur, cum et numerus punctorum, sive molecularum ex punctis his compositarum et earundem distantiae utrique diversae sint, ex quo diversi cohaesionum gradus, quos varia indicant Muschenbroeckii experimenta, facile deduci poterunt.

VI Sexto loco se offert distractio illa, et compressio librarum aliquarum cohaerentia corpora frangantur, ut patet in glutino, visco, [illegible] sius, et certe, quae quidem in hac Theoria admodum facilem habet explicationem. Cum enim partium adhaesio ab adactu non pendeat, sed a limitibus, quorum distantia, cui nequeam [illegible] exigua mutari possit, si partes nec [illegible] spatio comprimi aut distrahi debeant, opus erit satis magna vi, si limites sint validi; ubi tamen ingentia poterunt haberi discrimina, pro varietate formae, et amplitudinis arcuum, circa illos limites positorum.

VII Observamus etiam solida, [illegible] si

idem conjunguntur, quaecunque in comprimantur priorem cohaesionis gradum non amplius consequi: sed hujus quoque ratio in promptu. Dum enim scabrae illae, atque confractae superficies sibi apticale iterum adstringuntur, multae prominentes particulae ultra limites, in quibus ante cohaerebant progressae devenient ad distantiam validissimae repulsionis, ante quam rursus ad pristinos cohaesionis limites appellant; ac proinde firmam illam cohaesionem, quae prius habebatur, impediunt. Sane si qua in sententia Phaenomenum istud explicari potest, sic in nostra theoria felicissime probatur. Observari hic meretur fig. 86 Dum ergo solidi corporis ABCD partes conjungi violenta quavis compressione tentantur denticuli e f g partis AB ad denticulos h i k partis CD propius accedent, quam moleculae a b c ad moleculas l m n: Horum igitur denticulorum in distantiis minimis vis repulsiva, quam cum nimium assumptionum convenientiam praesentat, sic retrahendo erit, quominus particulae a b c, l m n ad easdem cohaesionis limites revenire possint, in quibus ante distractionem extiterant.

VIII In hac denique sententia probe intelli-

gitur diversissimas esse posse cohesionum species cum sinuum, et frequentia, vel, fortitudo diversissima item esse possit. Potest enim curva, legem virium exprimens punctorum numeri representans axem secare in punctis quotlibet, possunt hæc intersectionum puncta majoribus, minoribusque intervallis a se invicem, possunt flexus illi utrinque ultra axem ad spatium quodvis excurrere, possunt axem sub angulis admodum diversis secare: Ex hisce vero cohesionis gradus diversissimos oriri debere consideranti facile patebit. Poterunt igitur ex punctis ipsis imediate oriri corpuscula, quæ primigenia dicere licet, in quibus jam ingens discrimen haberi poterit, cum propter diversum punctorum numerum, ex quibus corpuscula illa primitiva constat, tum propter varia eorundem positiones atq: inde resultantes diversas virium compositiones ex primitivis his corpusculis, componi poterunt corpuscula, quæ derivativa dicantur. Quoniam semper arctiora erunt, quo longius in compositione progressum fuerit. In his vero corpusculis plura item discrimina causa, tanto occurrent, quanto numerus per-

pejus crescet, prout particularum compositio magis contractabilior.

Scholium Primum. Qua ratione ex certis particularum ordinibus majores massae consurgere possint, docet Muschenbroeckius Physicae, tom: 1. Parag: 98. Videntur corpora majora sequenti utcumque modo composita esse. Concipiantur tria, quatuor, vel plura ultima solida (sive in nostra sententia corpuscula primitiva) conjungi in aliquam massam, cujuscunque figurae, A fig. 81, erit haec massa prioris ordinis, sive particula prima. Ex hujusmodi aliquot particulis efficiantur complexiones, et copulationes iterum in aliquam quamdam massam, haec componat massam secundi ordinis, sive particulam majorem B, fig. 82. Ejusmodi particulae aliquot iterum accedentes, et conjungantur in integralem massam, componentes particulam tertii ordinis, fig. 83, ex particulis talium ordinum plurimis eorum conjunctis tandem corpus magnum tractabile efficitur

Scholium Secundum: Qua item ratione ex ultimis solidis (ut ea vocat Muschenbroeck) etiamsi omnia similia fuerint, particulae primi ordinis componi pos-

sint, aut omnino similes, aut etiam aliquantum diversæ, ita explicat: sint ultima solida sphæræ, æquales, quarum sex particulam primi ordinis componant. Poterunt hæ sex modo A B C D E F G H fig. 84 sicuti, etiamsi aliquantum diversæ, ex quibus patet discrimen aliquod figuræ in particulis majoribus, ne aliquam probare ultima solida, figura discrepare.

Caput Septimum

De Corpore Duro, Molli, Fragili, glabro, Aspero, et Attritu.

§ 16 Corpora durarea vulgo vocamus, quorum partes aut intersæ cohærent, seu non nisi magna vi adhibita comprimi sinunt. Atque porro cavorum affectio ab eo dependet, quia partes cohæsionis, in quibus ejusmodi corporum moleculæ collocantur, admodum validi sint: quamobrem ab iis non nisi majori conatu adhibito divelli possunt. — Quid Corpus Durum.

Scholium

Corpora absolute dura hactenus in rerum natura nulla sunt deprehensa. Omnis itaque hæc denominatio comparativa est, et sensibus nostris,

ac viribus accomodata. Cum corpus unum durum sit, si cum minus duro conferatur, molle si ad minus molle referatur, idem corpus durum, et molle dici poterit, si ad vires comprimentes viri cujuspiam robusti, et imbellis pueri referatur.

Quid Corpus Molle.

17 Corpora mollia vocamus, quorum partes comprimi sese facile sinunt, compressaque situm quem ea compressione acceperunt conservant. Dependet hoc in Theoria nostra ab exiguo limitum robore, et frequentia magna. Limites quippe parum validi, sive distractioni partium, sive compressioni non multum obsistunt; frequentia vero limitum efficiet, ut moleculæ ex limite propiam intervallo quamdemuis exiguo dimotæ in alio iterum cohesionis limite consistant. Hinc nec corporis distractio consequetur, nec conatus ullus ad figuram recuperandam in corpora ejusmodi notabitur

Quid Corpus Rigidum ac fragile.

18 Si particulæ corporis cujuspiam existant in limitibus cohesionis sat validis, qui habeant vires hinc, et inde ad exiguum intervallum, pertinentes, quod, vel multa sit actio, vel ingens arcus repulsivus consequatur, qui sequentes attractivos superet,

corpus erit rigidum, et simul fragile. Jam enim ad partes divellendas vi satis magna opus erit. Ubi vero eae divulsae fuerint, non amplius ad se accedent, neq: vero etiam in eodem situ persistabunt, quod corporibus rigidis, simulq: fragilibus a prime convenit.

Quid Asperum, et Glabrum.

19 Si partes extimam superficiem constituentes inaequaliter dispositae sint, hoc est, si quaedam ultra reliquas promineant, quaedam vero retrocedant, corpus asperum; si vero aequaliter disposita sit glabrum erit. Si ejusmodi partes majores sint, ita ut tactu explorari possint, tale corpus communiter pro scabro habetur, si vero sensus effugiant, glabrum dicitur.

Scabrum.

Cum superficierum asperitas nulla arte penitus tolli possit, nec superficies sensibilis magnitudinis perfecte plana, laevigata, sibiq: ubivis similis effici, cum corpora omnia poris innumeris pertusa sint, patet omnes superficies esse asperas, inaequales, hinc extantibus monticulis, illinc depressis vallibus, rimis, et fissuris rimulis respersas.

20 Hinc si corpora sibi imponantur, partes unius

prominentes in valles alterius ingrediuntur, impedi-
entque prominens superficiem alterius, neque alterum
moveatur, atque haec resistentia unius corporis contra
alterum agenti, motuique illius propedienti affrictus
nomine venit, vel prout alii dicunt, frictionis ~~lini-~~
~~menti~~ cujus in mechanica maxima semper haben-
da est ratio, nam ultimi machinae etiam exactissi-
mae effectus nequaquam calculo exequi potent, ni-
si mora, quam affrictus facit, innumeretur, et ac-
curata ejusdem ratio habeatur. Sed omnem in diver-
sissimis corporibus affrictum accurate definire nulli
mechanicorum hactenus licuit. Amontonius quidem
vult affrictum aequare tertiam ponderis partem,
quo trahitur alterum corpus per alterum incumbit. At
experimenta Muschenbroekii aperte evincunt nec
pagam haberi constantem ejus rationem, sed
jam unam tertiam, jam unam quartam, u-
nam quintam, unam sextam, unam septimam,
imo et minorem partem reddere, ut adeo nul-
lae certae generales regulae, pro diversis materiis
affrictus quantitate statui possint.

Caput Octavum
De Corporum Elasticitate.

Elasti- sticitas, 2.1. Elasticitas est illa corporum proprietas

quae flexa, tensa, aut compressa pristinae suae figurae eadem restituuntur.

Scholium.

Nulla haberi corpora omni elasticitate destituta, vel inde patet, quod corpora perfecte dura, seu nullius compressionis capacia, nobis nulla sint. Sed, et amplissimam tam [illegible]tudinem, tum satis omnium inductione id evinci potest. Aqua certe ipsam nec coarctandi solidissime repugnantem, quamdiu naturalem statum obtinet, esse maxime elasticam multis experimentis probavit Muschenbroekius.

Opiniones

I Causas elasticitatis varias Physici moverunt. Ac primo quidem loco, qui elasticitatem [illegible] aeri elastico intra corporum poros intercepto, iisque compressis compresso, h. e. expandere nitenti tribuerunt. Verum his obstant Phaenomena varia, et experimenta a Boyleo, Desaguliero, aliisque capta, et a Muschenbroekio repetita, quibus constat elasticitatem corporum eandem esse in vacuo Boyleano, ac in libero aere. Deinde qui ita sentiunt, quaestionem non solvunt, sed transferunt tantum; requiritur enim eadem aeris elas-

tuitas habeatur. eadem quoque ratio solventa-
[illegible], qui etheri, sive materiae subtili elasticita-
tem tribuunt

Sententia Carthesianorum

II Nonnulli Carthesianorum, ut causam elasticitatis redderent, docuerunt corporum A B C fig: 87 non inflexorum poros esse cylindricos, flexorum vero a.b.c conicos, a parte exteriori km laciores, ab exteriori de angustiores. Partem laciorem km converterent etherem, subtilissimum majori copia, vel certe facilius influere, quam exeat ex de.: Cumque adeo per angustias has effluens impingat in latera a d, f d, i e, c e., docent eumdem, saltem hac recursus [illegible], quo facto [illegible] iterum, [illegible] laminam ABC [illegible] poros [illegible] [illegible] ethereum [illegible] [illegible] [illegible] hac [illegible]: ethere [illegible] [illegible] illum [illegible] fluidum [illegible] [illegible], ac [illegible] [illegible] [illegible]. Sicut igitur [illegible], [illegible] corpori ABC inflexo, in situm abc, [illegible]: [illegible] laciorem, ab [illegible] angustiorem, [illegible] [illegible]. nullam esse [illegible], partes [illegible] in situm. [illegible]

restituat. Quid vero si corpus istud in contrarium situm inflectatur? Nec nego, docente materia subtilis viam illico relegat, mutataque directione illuc fluat, unde paulo ante effluxerat. Quod nisi fiat, nulla unquam partium restitutio consequetur. Eadem necessitas offert, dum corpora duo proxima contrario sinu inflectuntur: unum quidem in abc, alterum in KLM; hoc certe in casu restitutio figurae haberi nequit nisi ponas alteram eodem tempore directione omni assignabili fluere quodque quod facile concedi non potest.

Sententia Malebranchii.

III Recentiores Cartesiani duce Malebranchio corporum omnium interstitia minimis materiae subtilis vorticulis replent, hos compressis aut inflexis corporum partibus figuram sphaericam in ovalem mutare docent, atque ita conservare vorticum formam ii centrifugam, eaque comprimente cessante vi comprimente, in pristinum situm redire. Verum haec vorticulorum hypothesis fundamento nititur, quam magnorum vorticum opinione, quam infirmius, ubi de gravitate uni-

. 3. — verum severo erit, refellemus.

Sententia IV. Schariiz. Nonnulli causam elasticitatis igni in-nata corporum poros intercepto, vi: repulsiva praedito tribuerunt. Hi vero opinionem reperiri corpora quaedam, quae eo minus elasticae sunt, quo plus ignis continent. Accedit, quod si elasticitas ab igne sit repetenda, ut eidem vis repulsiva tribuatur, non apparet ratio, cur aliis partes materiae partibus vis haec non sit tribuenda ad elementorum homogeneitatem, ac naturae simplicitatem servandam.

Sententia V Newtonianorum. Newtonianorum nonnulli ab vi attractiva corporum elasticitatem repeti posse existimaverunt. Verum qui ita sentiunt, omnem repulsionem ex natura eliminant, necesse habent vim. Neutiquam admittere attractionem in majoribus gradibus distantiarum, ratione cujusque agentem. Sic in laminâ elasticâ flexâ, ex parte convexa distantiae molecularum crescent, ex parte concava minuuntur. Atque adeo ex horum principiis vis quoque attractiva molecularum lami-

nam elasticam constituentium ex parte conve-
xa minuetur, ex parte vero concava au-
gebitur, nec posito minime videtur, et in parte
et laminas elasticas, cessante vi comprimen-
te, pristina figura restituatur. Deinde potius
et longe majori opus erit vi in pristinam
situm restituatur quam adibitum inflecten-
dum adhiberi debuerit. Denique elasticitas
fluidorum, ut aeris, vaporum, et cet., quae
ex ipsis Newtonis et Muschenbroekii experi-
mentis ad spatium decies centies millesimum
reduci possunt, quam in statu naturali
occupent, sive perpetuus eorundem a se re-
cedendi nisus ab attractione nulla ratione pro-
venire posse videtur.

Elasticitas corporum oritur inde, quod puncta, Propositio Decima Sexta.
ta, et ex his coalescentes moleculae in ejusmodi
cohaesionum limitibus consistant, circa quos bini
aveus satis ampli sunt, hoc est circa quos vires
tum attractivae cohaesionis sat validae
sunt.

Prob. Si puncta, et ex his coalescentes mole-
culae versantur in limitibus cohaesionum, circa
quos bini aveus satis amplifiunt, manifestum

...est haberi omnes elasticitatis effectus eosq: intel-
ligenter explicari posse: ergo elasticitas corporum
ex collocatione punctorum, vel molecularum
in dictis limitibus oritur. Ante. prob: Si vel ea
puncta, aut ex his coalescentes particulae mu-
tuo ad se accedant, dum corpus comprimitur,
vel mutuo a se recedant, dum plus aequo
corpus distrahitur, adhuc tamen in casu pri-
mo erunt sub arcu repellente, in secundo
autem sub attrahente: ergo conabuntur situm
pristinum recuperare, eritq: major, vel minor
elasticitas pro majore vel minore arcuum
illorum ab axe recessu: Atqui in hoc consistunt
praecipui elasticitatis effectus: ergo si puncta,
et ex his coalescentes moleculae versantur in
limitibus cohaesionis, circa quos bini arcus,
etc. etc.

Obiectio Prima.. Experimur corporum elasticitatem esse soli-
dis, aliis vero, liquidis; sed hujus nec probabi-
lis ratio inveniri in viribus dictis rerum agenti-
bus: ergo elasticitas corporum repeti nequit
ex viribus dictis rerum agentibus

Respon: Conc. maj: neg. min: corpora elastica
solida, erunt, si iisdem punctis moleculas ...

corporum ambientes equales non sint, sed ex parte aliqua validiores. Hoc enim pacto fi- ent, ut vires in latus exerceant, ex quo sequi- tur facta conversione duarum molecularum circa communem axem, utraque proq: circa axem perimtione convertendas, proptereaq: u- na, vel utraque molecula, utraque pro- vel progressiva, vel velocior erit. At si mole- culæ vires equales in omnem partem ex- ercerent, fluidum simul corpus ejusmodi elasticum erit.

Objectio

Experimenta docent elasticitatem a bu[?] fecundo[?] mora minui, a calore vero modo augeri, mo- do minui, item corpora tensione magis elastica reddi; Hæc autem explicari vix pos- sunt in hac sententia: Ergo.

Respon

Conc: maj: nego min. Cum enim uni- versim [illegible], sive numerus molecularum sive respectiva earum distantia mutantur, sive respectiva earum distantia mutatur, vires earum: quæ circa axem, tum illa ea- ni indicant mutari debebunt, fluxeq: inde nascentes jam majores, jam minores; sub diversis plane anguli ad axem inclinate. Nimirum valent in communi sententia ?

ad diversas variarum particularum rigidarum, vel flexilium constitutiones revocantur, ita nos ad illas similiter earumque mutationes confugimus. Atque eo ingenii nostri vires pertingunt, ut situm ejusmodi in omni corpore particulari rationalitatem, legesque quas ea sequuntur, definire possimus.

Id quidem libenter universum advertimus: actione ignis plures corporis moleculas accedit, idque etiam situ diu conservato obtinetur, pariter natis accedentibus, aliis ex aere succedentibus. Per humorem heterogeneae particulae, praesertim aqueae in hoc corpus sese insinuant; humidae distantiae minuuntur, ex quibus omnibus novam situum conjugationem provenire necesse est.

Caput Nonum.

De fluiditate Corporum.

Quid fluiditas

22 Fluida vocamus ea corpora, quorum partes, levi negotio separantur, cuius externo impetui facile cedunt, motusque internos et communicari non aegre admittunt.

Tuct fluidum ingeneras

23 Advertendum est cum Paterios-

tantum tria notari fluidorum genera: Primum genus constituunt fluida illa, in quorum particulis majoribus nulla observatur vis attractiva, vel repulsiva: ejusmodi sunt pulveres, arena, milium, quae tamen fluidorum naturam maxime accedunt. Ad secundum genus ea pertinent, quorum majores moleculae sese repellunt, quod notamus in aere, et vaporibus aqueis. Tertium denique genus eorum est, quorum majores particulae sese attrahunt, quod in aqua, mercurio, aliisque liquoribus evenire cernimus.

Fluiditas in textu praecipue fluidorum generi inde nascitur, quod corpora sint particulis ad figuram sphaericam proxime accedentibus. Propositio Secunda.

Prob. In eo reponenda est corporum fluiditas, quod eadem exponi possunt fluiditatis phaenomena: si corpora particulas ad figuram sphaericam accedentes proxime ac aequum; ... ista praestari potest. Ergo fluiditas tribuitur per particulas proxime ad figu-

ram sfericam accedentes: Min: prob: Praecipua fluidorum Phenomena sunt primo quod partes fluidorum ad equilibrium se componant situ: inter se semper in equilibrio. et hujus rei ratio est, quia fluidorum moleculae gravitate, vel potius conatu suo eo usq: descendendo ad se accedant, donec gravitatis vis a repulsione in minimis aut etiam exiguis distantiis agente, et corporum contactum, aut majorem accessum impediente elisa, sicut, quem quilibet descensum moleculorum obeundas recipere facilitat. Hinc neq: fit, ut si in quaviam fluidi parte gravitas, quavis demum ex causa diminuatur, graviores fluidi partes, levioribus supernatantes illuc affluant, levioresq: loco dimoveant, atq: extrudant, nec antea quiescant quam equilibrium restitutum fuerit. Secundum Phaenomenon est, quod fluidi in omnem partem facili: ne moveantur. Cuj: pariter non difficulter exponitur: cum enim fluida particulis

cohaerendi et summa, sequitur consistentia motus in plagam omnem esse faciliorem. Tertium quod in fluidis observamus est, fluiditatem majorem, vel minorem variitati vel densitati massarum non responderee, seu tot quoque facilem habet explicationem; cum tempore fluiditas et consequenter molecularum fluidarum cohaesitas non e punctorum numero, sed ex aequa eorundem distributione est repetenda. Hujus distributionis ideam exhibet figura 84, ubi plexus particularum sub litteris A, B, et C positarum repraesentat nos fluidi moleculas: Cum

Corollar:

Universim igitur dicendum erit eam, quae aequabilem illam punctorum distributionem, uiresque inde ortas, virium que directionem tollunt, fluiditatem quoque tollere, in quantum ista diminuunt, ipsam quoque fluiditatem imminuere. Id porro autem contingit per ingressum particularum quarumdam heterogenearum, quarum figuram vide in Fig. 85 sub Z.

240 D E F, et cet.

Scholium Primum. Ut probe intelligas qua ratione fluidi moleculae sibi facilime cedant, facilitique [illegible] urgeantur, concipe duos globos perfecte solidos, et quamvis [illegible] quamvis vi attractiva colligentur, facilime tamen solutioni resistunt, cum vires huic solutioni adversantes a contrariis viribus elidantur, ut consideranti patet.

Scholium Secundum. Quaeri hic a Physicis solet, cum minimae [illegible] particulae motu intestino jugiter agitentur. Non enim desunt, qui constantem particularum agitationem, fluiditatis essentialem esse censent. [illegible] minimi [illegible] circa suas cohaesionis limites oscillationibus, neque per minora, quam cogitatione assequi possimus, spatiola excurrunt, [illegible], verum omnino est [illegible] [illegible], non [illegible], sed etiam [illegible] in perpetuo esse motu [illegible] constat ex [illegible] transpirationis [illegible] aliisque argumentis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] Ad Fluidi cujusque naturam [illegible],

non pertinet [illegible] aliis, [illegible];
nedum internis ejusdem [illegible].

Prob: Prim: [illegible], nec [illegible] propositione de fluidorum natura [illegible], assertioni hujus veritatem [illegible]: [illegible] experimenta: fluida [illegible] [illegible] sa, [illegible] compressa, fluiditatem non amittunt, quo in casu [illegible] esse non posse videtur, cum [illegible] compressionem [illegible], [illegible] in eo vis maxima inesse deberet.

Secundo. Si fluidis admisceantur corpora [illegible], pulveres, arena, et [illegible] omnia fluidis innatant, [illegible] eorum [illegible] agitantur, [illegible] quietem [illegible] ad fundum subsidunt, in eo: [illegible] [illegible] contingeret, si fluida [illegible] motum intestinum [illegible] [illegible].

Tertio. in [illegible] in [illegible] [illegible] loco [illegible] aut microscopiis [illegible] [illegible] observationes [illegible] oculorum [illegible] [illegible].

commovebant dum nullum motum, motus sive intestini medii adstiti, observantur in fermentationibus, et effervescentiis, exhibent: ergo distillati liquoris naturalis essentiam, nonnisi peculiari alicui vehementiori motui, intestino ejusdem, acceptam [illegible].

Objectio Prima. Fluida uera alia diversis, v.g. vinum album cum rubro, aqua cum utroque facile permiscentur. Sed id sine intestino partium motu fieri non posse, videtur: ergo ad fluidorum omnium essentiam pertinet peculiaris quidam vehementior motus intestinus ejusdem particularum.

Respon: Conc. maj., neg. min: Concedo quidem, potest, durante ea fluidorum commixtione, motum quempiam, et agitationem moderatam fieri: quae tamen agitatio mixtione peracta illico iterum cesset. Commixtiones tamen istae adeo celeriter non absolvuntur, uti fieri deberet, si intestino quiescenti motu [illegible] et vinum [illegible] Muschenbroeck [illegible], et gravi aqua tenuis [illegible] in quieto loco posita non [illegible] commixta cum vino, licet, quam [illegible] decim menses.

Objectio Secunda. Quo notio [illegible] et [illegible] motu [illegible], illud continet rationem sufficientem alterius; sed [illegible] quidam [illegible]

caloris gradu positus, eo sublato autem corpo-rum fluiditas: Ergo determinatus quidam caloris gradus rationem sufficientem fluiditatis continet, id est, fluiditatem efficit. Min. prob. Si sanguis humanus, quamdiu determinato caloris gradu praeditus est, fluiditatem servat, eo destitutus in coagulum abit. Porro cum calor in motu partium intestino consistat, sanguinem, quamdiu in statu suo naturali persistit, motu aliquo intestino cieri necesse est, qui ejusdem fluiditatem efficiat. Aqua, calore [illegible] in glaciem concrescit ad eum [illegible] notatur. Ubi unico gradu minuitur, regulariter in glaciem abit, ipsa vero glacies minimo si debito calore afficiatur, fluida evadit, quod clare evincere videtur, ad fluiditatem motum intestinum, vehementiorem vel minus, intervenire.

Respon.

Concedo maj. nego min.: regulariter loquen-do. Dixi regulariter loquendo: quamvis enim ad artificialem aliquam fluiditatem obtinendam requisitae plurimum conferat determinatus quidam caloris gradus, non omnia tamen corpora, neque eundem caloris gradum agitan-

124

intimiores, et fluida evadunt. Sed neq. fluida ista quae observamus, tenuia, revera fluida in ipsa rerum natura dici debent, quod certo quopiam caloris gradu praestita sint. Licet enim certum sit omnibus fluidis quandam ignis portionem inesse, unde tamen hinc igniculis non mens, quae partium gravitatem adhibeat et vim cohaesivam superet. Certe id non praestare videtur ignis in oleis multis, quorum partes microscopio inspectae quiescunt.

Illo prout igitur respondeo sanguini fluiditatem, ubi e rexentibus animantium venis extractus is fuerit, multis partium heterogeneis subingredientibus, aliis ne transmutationem associationis impedire posse, facile inde velint e quod sequentur. Gemini caloris gra in sanguinis coagulum verum ducitur, pristino fluiditatis statui numquam restituatur, atqui quod aliud per solum caloris defectum in glaciem non abire docet Musschenbroekius, sec quum vero ... a ventriculis animalium corporis lubricas aquas raritatis, vehiculi figendas, et si q: ... tenerum diversarum ... bat ... manis experimentis et observationibus

quas hic adducere nimis longum foret. Ita pri-
mum ratione metalla fluida evadant, seu vehe-
mentiorem ignis actionem inferius exponemus.
Illud hic notare sufficiat non de artificiali fluiditate
ad quam metallorum fluiditas reducenda est, hic
sermonem esse, sed de naturali. Hanc autem a
calore non procedere, illud evincere videtur, quod
gradus fluiditatis idem sit in aqua, sive caleat
sive frigeat, modo non sit glaciationi proxima, ut
notat Boerhaavius.

Obiectio Tertia.

Corpora etiam fluidis injecta ab iisdem sol-
vuntur. Sic si accipiatur argenti optimi pars, atq.
in spiritum nitri immittatur primum intestinus
argenti aspera redditur tum limbi irregulares
fiunt, tandem solvitur in invisibilesq. minores partic-
las totum argentum; Sed illud evidenter extra-
hi internum incipium ergo.

Respon.

Conc. maj: nego min. si sermo sit de motu in-
testino internam, corpora illa fluido solvenda
iniciantur. Motus hic tum primo conciendus
est, cum corpora illa fluido injecta licentiat.
quemadmodum enim in eo demiscent fluida illa
omnia vehementissimis motibus intestinis
perpetuo agitari praeterea, quod cum metalla
aquae, seu vel spiritui nitri imponuntur, oriatur

ipso effervescentia cum notabili spuma, et magno calore, ita motus ille intestinus sive qua solutio peracta nocuit, in ipso liquido non ante fuit, quam corpus solvendum eidem injecerimus.

Scholium. Dum de motu intestino partium disserimus est, motus quidam singulari ad rationem similitudinis respectus indicatur. Quamobrem motum illum intestinum singulis habens menstruis communem, atque ad minima latentium ubi solida pertinentem, licet viam motus inducunt non excludimus. Ceterum sententia haec non ita eam omnem controversiam collocata est, ut pluribus experimentis et observationibus confirmari non indigeat; sicut illa, quae in oppositum traduntur, non ita facilem habent explicationem, et accommodationem sententiis, omnem admittant verisimilitudinem.

Caput Decimum

De chemicis corporum proprietatibus.

Quae sint chemicae proprietates. Proprietates chemicas corporum eas vocamus, quae ope certam quandam operationum chemicarum in sua elementa dissolvuntur aut divisa in priorem iterum formam reducuntur.

Quae operationes chemicae. 28. Harum operationum praecipuae sunt

nima solutio, secunda praecipitatio, tertia fermentatio, sive effervescentia, quarta digestio, quinta coagulatio, sexta crystallizatio, septima sublimatio, seu vegetatio. Operationes istas, quas ars instituit, absque omni humana industria natura saepe efficit, sive in uno corpore, sive plurimis inter se permixtis: quamadmodum operationes has chemicas corporum proprietates singulas, pariter exequatur fusio, vocantur. Singulas pariter explicationem Chemicis rationem eamdem explicationem

26 Solutio est separatio partium corporis cujusdam peracta ab alio corpore, cui quodammodo conjunctae, ita cum cujus partibus pariter alterius corporis miscentur: Sic sal solutus ab aqua, metalla omnia auro demptō ab aqua forti solvuntur: Si separatio ratione cum impetu celeriter et conspicua ebullitione fiat, vocatur corrosio; Si tantum partes aliquam corporis ab alio corpore solvantur, reliquis intactis, dicitur extractio. Quid Solutio?

27 Corpus illud, quod ad separandas partes alterius corporis adhibetur, vocatur menstruum ejusdem. Notandum tamen menstrua requiri non nisi ad certi generis corpora solvenda apta Quid Menstruum.

148 esse alia vero integra relinquere. Sic aqua fortis metalla omnia solvit demto auro, quod ab aqua regia solvitur.

Men. prae-cipua menstrua. 28 Menstrua plurimum sunt corpora quaedam fluida; et primo loco aqua menstruum est maxime universale, cujus virtute corpora re durissima quidem metalla terrena, temporis lapsu dissolvuntur. Est tamen aqua praecipuum menstruum salium, quae solvit ita per diversam capacitatem, [illegible] dispersi erant [illegible] aquae velocitas [illegible] hic vero solutioni [illegible] capacitas, si partes solubiles corporum, quae [illegible] specifice gravissimum ipso menstruo, [illegible] menstrui capabilitas [illegible] determinantur [illegible] u. g.: pars centesima [illegible] in [illegible] centesima [illegible] solutionem continet.

Porro aqua postquam certam salium quantitatem solverit, eaque ut chemici loquuntur saturata est, ex illa specie salium nihil amplius solvit; adeo quidquid salium injicitur, ad fundum decidit, ideoque non solum [illegible]. [illegible] vero alterius speciei sal injiciatur aquae eidem, ejusdem determinata [illegible]

copia solvuntur. Menstrua metallorum sunt, ut pluri-
mum aquae, in quibus salia quaedam ~~[illegible]~~
acida aut alcalina soluta in eodem intimo-
ne permixta sunt. Unde illud chemicorum.
Solia non solvunt, nisi soluta. Cuprum, plumbum,
zinchum solvuntur ab aceto, cujus nulla vis est
in aurum, argentum et mercurium. Aqua fortis
solvit omnia metalla auro dempto, ipsum vi-
triol. solvit ferrum, cuprum, zinchum, sed non
solvit aurum, argentum, et alia. Aqua regia
si sana sit, solvit aurum, stannum, cuprum, sed
non solvit argentum; spiritus salis marini solvit
ferrum, cuprum, stannum, plumbum, nec
non zinchum; sed non solvit aurum, ar-
gentum, regulum antimonii. Mercurius meta-
lla omnia solvit praeter ferrum. Acquisitio.

24. Solutio corporum a menstruis variis per solutionis causa
acta hujus principio initur, illud menstru-
um aptum est ad corpus aliquod sol-
vendum, quod a corporibus corporis solvendi
[illegible], quod a [illegible] illa, quam partes
ui majore habitur, [illegible] cohaerent [illegible] habent, sive
inter se cohaerent. Hoc enim posito partes
corporis solvendi ubique [illegible] distrahuntur.

150 et singula, uneque apparentis menstrui am-
bientis, ad illud usque intervallum, ad quod
vis eorundem attractiva se extendit. Pater
Boschovich partes corporis solidi, menstruique
moleculas undique cinctas, comparat globulis ma-
gneticis, qui structura ferri ex omni parte tecti
sint. Quod si ergo particula solidi ad eam
usque distantiam ad quam se vis ejusdem
attractiva exporrigit, saturata veluti fuerit, illud
non amplius attrahet, sed aliis solidi immersi
particulis vacuum menstruum [illegible].
Solvens igitur solidum discernetur, et in planimos
globulos menstrui particulis omni ex parte
tectos dividetur.

De praecipitatione. 30 Praecipitatio est operatio chemica in eo
consistens, quod corporibus duobus, quae se mutuo
solvebant, adiiciatur tertium, quo alterius
corporis solutionem [illegible], et si
specifice levius fuerit corporibus solventibus
fuerit enatat. Si specifice gravius, ad fundum
praecipitatur.

Praecipitationis exempla. 31 Exemplum praecipitationis ejusmodi
suppeditat argentum, quod si solvatur in aqua

forti, vel spiritu nitri, atq: solutio affusa aqua
pluvia distillata diluatur, tum in medio solu:
tionis suspendatur lamella cuprea, argen:
tum ex omni parte ad cuprum accedet, illudq:
lanuginis instar undiq: ambiet, et si vel modice
solutio agitetur, ad fundum decidet, cuprum
vero solvetur. Solutioni cupri iniciatur ferrum
praecipitabitur cuprum, ferrum proq: immisso zin:
co, zinchum per adlectos accedet, ancorum
super spiritum urinae praecipitabuntur.

32 Causa praecipitationis ex nostra the: — *Praecipitationis causa.*
oria haec est. Corpus illud, quod solutioni im:
mergitur, fortius habet particulas mens:
trui, et ad majores fortasse distantias, quam
prius, et attrahuntur a particulis cor:
menstrui particulae. Dissolvetur igitur corpus hoc, illud
poris soluti. Dissolvetur igitur corpus hoc, illud
vero, quod ante solutum fuerat, attrahitur non:
vero ad fundum decidet, si gravius sit specifi:
ce gravius menstruo. Levius vero ad superficiem
liquidi elevabitur.

33 Fermentationis nomine veniunt tur: — *Quid fermentatio.*
bulenti potissimum motus intestini, neque in:
testini, qui in minimis particulis corporum

112 [..]lementis exquisite notantur, praesertim cum dissimilia quaedam corpora permiscentur ex. gr. aquae fortis, vel tincturae ferri subtilissimae vehementissimae fermentationi, quamque e[..] sparsa et [..] ex[..] comitantur effervescentiae.

Fermentationis exempla.
34 Primum. Mediae unciae aceti distillati iniice drachmam corallorum rubrorum, aut drachmam oculorum cancri: habebitur illico vehemens effervescentia: Si autem eidem aceti distillati dosi drachmam cretae, aut marmoris albi contriti inieceris, seniorem experieris effervescentiam. Secundum. Si mediae unciae aquae fortis affundantur duae unciae spiritus salis ammoniaci, vel drachma olei tartari successive, ingens effervescentia calida obtinebitur. Tertium. Eadem dosis aquae fortis egregiam dabit effervescentiam, si eidem iniiciatur drachma ex quacunque sequentium corporum. Videlicet oculorum cancri, corallii rubri, marmoris albi, in pulverem redacti, cretae albae, argenti limati, aut plumbi usti, auricalchi, ferri, cuprimis autem stanni [..]. Si limatura

-tem cum pari sulphuris depurati copia ope aquae in unam massam subigatur, et infra terram defodiatur, post aliquod tempus effervescit, terram concutit, ac tandem in flammas abit.

Alia quaedam fermentationis genera.

35° Sunt quaedam fermentationis genera in quibus fermentantia corpora momento dissipantur. Observamus id in fermentatione pulveris nitrati; item in auro fulminante, cujus si granum, alterumve granum cochleari ferreo impositum incalescat a candela, fragorem edit qualem bombarda edere solet. Adhaec saepe perrumpit cochlear cui impositum fuerit, et per foramen factum, velut fulmen in terram decidit. Hic autem modo praeparatur aurum fulminans: solutio tincturae auri in aqua regia, et injecto sale tartari praecipitatur. Tum ex ipsius pulvis iterata aqua tepida, non semel lavatur, et edulcoratur. Tandem modico calore exsiccatur. Sed non igne solito, ne si paulo magis incaluerit, cum adstantium periculo

accendantur. Alter pulvis, quem tonantem vocant continet tribus partibus nitri duabus sali-tartari, una vel duabus sulphuris in pulverem redacti, simulque permixtis. Hic pulvis cochleari ferreo impositus, ubi ab igne incalescit, in auras abit cum terribili fragore, quod experimentum non minus ac pulveris non levi in cuius momentum afferre potest. Formidabilis est et fulminantem aurum, cui si affundatur aqua frigida, haec cum ingenti adstantium periculo explodit, omniaque late vastat ac disturbat.

Fermentationis causa explicatur. Haec et alia ignium phenomena a causa certa nimium facile derivantur. Si enim post tenuis corpusculi, in quibus sic conspiciuntur ejusmodi particulae pal: sic recurat atque attractiones sani cuivis, oriuntur autem inde atque unicam repulsionis particularum fermentantium oscillationes, increscunt ita crescere, utque ad eam rationem repulsionis celeritas, qui tandem quo volatis velocissime repellentur, atque

Scholium

drizzabuntur.

Legi in hanc rem mereri joseph Soaldo in libro nuper Patavii primo edito, saggio meteorologico inscripto artic: prim: premessa generale. Degli effetti grandi de moti piccioli: item Clariss. Boscovichius Philosophiae naturalis part: 3 paragrafo 468. Ambo hi auctores ostendunt, qua ratione ex effectibus quibusdam minimis ingentia quaedam naturae Phenomena oriri possint. Quid

31 Liquatio fieri dicitur quum corpora naturae, liquatio: solida in fluida abeunt; ut cum metalla aliis solidissima actione ignis in fluida commutantur.

32 Hujus natura ut melius intelligatur, quae eius causa notandum est particulas quasdam mutuis in se se minibus agentes quam nisi eadem minime occurrant, non tamen in eadem linea recta, alteram prope alteram non transvolare, sed circa eam quam proxime, velut in gyrum, adeo sibi proximas ut semper omnes efficiant intervallum iisdem interjectum. Hoc notato, facile intelligi potest, quanam ratione nascatur agitatio, ... ? ... sive tenuissimae, cujusquam substantiae [illegible] ignis ... etiam corpora, hinc [illegible] tinnium quam ignea particulae in subtilissimos

1.° corpori meatus irrumpunt, et exilissimas corporis particulas de fluiditatis cohesione deturbatas unice commovent, agitatione hac in eas particulas inducitur motus quispiam circa quosdam axes. Qui motus ubi semel inductus est, jam particulae illae circum currunt circa illum axem undique ad sensum eandem, succedentibus sibi invicem celerrime punctis, et directionibus, in quibus currere circumcurrerentur: quo facto habebitur id, quod equivalet sphericitati, et homogeneitati particularum ad fluiditatem requisitae.

Porro patet fluiditatem hanc adventitiam, et non nisi tantisper duraturam, quam diu ingens illa agitatio duraverit. Cum ea sensim evanescente in moleculis requisitae ad fluiditatem dotes, et proprietates perseveraturae non sint. Animam hujus rei ideam habemus in turbine, qui si celeriter in gyrum agatur, exhibebit oculis circulum undique fere aequaliter nitidum, non item si ejus gyratio lentior fuerit. Hic pono circa axes celerrima conversio, crescente agitatione illa vehementissima materiae illius in corporum interstitia illapsae, sensim languescet ac demum penitus cessabit, corpusque:

illud, quodque si satis homogeneum fuerit, formae firmitatisque pristinae restituetur. Quod si vero partibus constet multum dissimilibus, aut etiam si agitatio illa fuerit admodum vehemens, longoque temporis tractu continuata, dispersis abreptisque particulis pluribus, ceterae sibi relictae sub forma calcis aut cinerum remanebunt, aut, quorum prius in lapidibus, et lignis, alterum in ipsis quoque metallis evenire cernimus.

1139 Coagulatio est operatio quaedam chemica, qua liquores fluida inter se commixta in massam solidam vertuntur. Evenit hoc, cum subtilissimus urinae spiritus permiscetur cum alcohole vini. Haec enim fluida commixta in massam duram glaciei aemulam abeunt. Coagulum quoque efficit alcohol vini mixtum cum albumine ovi, aut cum sero sanguinis. Lac cogitur in caseum a succo e promenticulo vituli, item a succo caglia pulicis minoris (pianta medicinale, detta erba caglia, o zittinculo minore) spiritu nitri, spiritu nitri, et cetera. Quid coagulatio. Ejusque exempla.

1140 Coagulationis, seu concretionis causam nostra virium theoria admodum perspicuam suppeditat. Ex hac enim vidimus deduci, fieri posse ut particulae duae interpositis aliis propius Quae causa.

ad se se accedant, quam antea accesserint, atq[ue] ita ad fortiorem cohesionis finitas pertingant, maxima[que] efficiant moles minorem, quam ipsæ seorsim habuerint, quod in coagulatione non raro fieri observamus.

Crijstallizatio.

41 Chrijstallizatio fit, cum salia in aqua soluta, postquam hæc aqua in parte evaporaverit, in fundo ac lateribus vasis in parvas certæ figuræ Chrijstallos concrescunt.

Chrijstallorum figura.

42 Figura tamen Chrijstallorum juxta diversas salis species diversa est, ita sal marinum constat piramidibus, quarum bases sunt quadrangulares, et latera concava. Sal communi dat Chrijstallos ramosos. Sal absinthii tota emulatur et [illegible] albi rombum format. Alumen potissimum est octogonum.

Chrijstallizationis causa.

43 Chrijstallizationis causa reponenda est in ea attractiva, qua particulæ salinæ [illegible] aqueis se mutuo petunt. Porro hæ particulæ si in certis suæ superficiei locis majorem attractionis vim exerceant, in aliis [illegible], non nisi certo ordine adhærebunt sibi; in illis nimirum locis terminandis, ubi se se attrahunt salia. Firmas figuras [illegible] possunt, unde conjici potest, et nonnisi

in certas figuras coalescere queant.

44 Vegetatio chemica est illa corpusculo- rum minutissimorum in fluido permixtorum certa formatio, quae arboris, aut alterius corporis ele- gantem formam oculis exhibet. *Quid vegetatio, sublimatio.*

45 Celeberrime apud chimicos vegetati- onis species est arbor sophica, quae et- iam arbor Dianae dicitur, estque species arbu- sti, facti ex particulis argenti puri, seu capel- lati, et mercurii in aqua forti solutorum. Acci- pe, inquit Kircherus, argenti puri, sive cupel- lati drachmam dimidiam, et solve in aquae fortis drachma una: Has duas materias co- misce, et infunde in vas vitreum, atque affunde aquae communis libram unam, et obtura. Vide- bis arborem quotidie ad oculum notabiliter crescere tam in trunco, quam in ramis. Simi- lis est arbor Martis quae ex dissolutione limaturae ferri, per spiritum nitri affuso oleo tartari orta, speciem arbusculi, ramusculis instructi refert. *Vegetationis exempla.*

Scholium.

Facilis est chemicae vegetationis efficiendae methodus, quam Hamburgerus refert elemento- rum Physicae cap. 4 num. 18 in scholio.

gi invenit sive, solutio augenti in spiritu nitri exi-
